Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



31
23.

mut simul adversum me: adhuc anima mea
consilium sumunt. Ego autem in te speravi domine:
dixi deus meus es tu: in manibus tuis sortes
meae. Eripe me de manu inimicorum meorum: et
a persequentibus me. Illustra faciem tu
am super servum tuum: salvum me fac in misericor
dia tua domine: non confundar quoniam invocavi
te. Erubescant impii et deducantur in infernum:
muta fiant labia dolosa. Quae loquuntur ad
versus iustum iniquitatem: in superbia et in ab
usione. Quam magna multitudo dulcedinis
tuae domine: quam abscondisti timentibus te. Per
fecisti eis qui sperant in te: in conspectu filio
rum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tuae:
a conturbatione hominum. Protegis eos in
tabernaculo tuo: a contradictione linguarum.
Benedictus dominus: quoniam mirificavit mi
sericordiam suam mihi in civitate munita. Ego
autem dixi in excessu meo: proiectus